

Band VII., Nr. 2534, Seite 393-398

König Rudolf bestätigt dem Kloster Marchtal alle von seinen Vorfahren verliehenen Freiheiten sowie seine Besitzungen an genannten Orten, nimmt seinen Hof zu Reutlingen in seinen Schutz, verleiht ihm ausgedehnte Rechte und entscheidet den Streit zwischen dem Kloster einer- und den Grafen Ulrich von Schelklingen und Ulrich von Asperg als Vormund seines Neffen des Pfalzgrafen Rudolf von Tübingen andererseits um die Vogtei der Kirche zu Bierlingen, beziehungsweise des Hofes Ammern zu Gunsten des Klosters.

Nürnberg, 1275. Oktober 8.

Rūdolffus dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Quoniam deus magnus dominus, qui nos fecit super solium Romani imperii residere subiciens nobis principatus et potestates regionum, a nobis est iugiter dignis obsequiis et laudibus extollendus, congruit nimirum ob honorem ipsius illis conferre presidia oportuna, qui claris exemplis et virtuosis operationibus sunt speculum et lux mundi^a. Hac siquidem ratione ad modernorum et futurorum notitiam tenore presentium cupimus pervenire, quod nos inclite recordationis divorum imperatorum, videlicet Friderici imperatoris primi invictissimi, Heinrici quoque sexti imperatoris illustrissimi ac Friderici secundi imperatoris gloriosissimi nec non Philippi Romanorum regis piissimi vestigiis inherentes, qui monasterium Marthellense ordinis Premonstratensis Constantiensi dyocesi^b tam spiritali quam temporali iure subiectum nobilissimis privilegiis sublimaverunt, omnes libertates, quas nostri antecessores predicti antedicto monasterio donaverunt, presenti privilegio renovamus ac nostra regali auctoritate perhenniter confirmamus, statuentes, ut ipsum monasterium Marthellense cum rebus et personis intus et extra sit immune liberum et exemptum ab omni iugo humane servitutis, taliter quod possessiones eiusdem monasterii, videlicet ecclesia in Bilringen cum universis suis attinentiis, curia in Ambra cum vineis agris et suis pertinentiis, predium in Lustenowe, possessiones in Anemerkingen et in Wachingen et in Smalstetin in Wilere quoque ac curia in Dathusen, villula etiam ante portam ipsius monasterii eiusdem nominis alieque possessiones universe predicto monasterio pertinentes, quocumque nomine nuncupentur, resque possesse et inantea possidende empte

^aDie Worte von *virtuosis* bis *mundi* stehen auf Rasur.

^bDie Urkunde hat *Constant. dyoc.*; die Ergänzung ergibt sich aus der vom gleichen Schreiber herrührenden Urkunde K. Albrechts von 1300 Januar 15, in der *Constantiensi dyocesi* ausgeschrieben ist.

vel emende a quocumque fidelium, cuiuscumque condicionis fuerit, ob devotionem sponte oblate vel mediante peccunia conquisite, quesite et inquirende omniaque, que iustis modis prefatum monasterium prestante domino adipisci potuerit, ab [omn]i exactione et quolibet servitio temporalis comodi sint libera penitus et exempta, ita quod a presidib[us et proc]uratoribus regni, a ministerialibus quoque et universitatibus ac consul[ibus civitat]um, a castellanis et ab omnibus nostro imperio deservientibus ac omnibus aliis, cuiuscum[que cond]icionis fortune vel officii extiterint, prenominato monas[terio int]us et extra tam in rebus quam in personis nulla perturbationis molestia aut cuiuscumque dispendii iactura aliquatenus inferatur vel ab aliquo inferri patiatur aut procuretur, sed quies et pax ipsi monasterio ubique et in omnibus rebus suis perhenniter conservetur. Si vero quisquam, quod absit, contra hanc nostram regalem sanctionem et libertatem hic expressam quicquam contrarii perpetraverit, ab omnibus pacis violator et transgressor iudicetur nullaque pax sibi suisque rebus ab aliquo hominum conservetur penamque luet sibi debitam tamquam criminator et offensor lese maiestatis fiscoque nostro centum marcas argenti puri et probati, lesis vero fratribus quinquaginta eiusdem ponderis et metalli cum dampno ad plenum resarcito componat, nisi fratrum monasterii sepedicti intercessio placatos sibi iudices regio procuraverit et clementes, monitione tamen de hiis omnibus per mensem prius prehabita competenti. Que monitio si non profecerit et fratres antedicti monasterii ad plenum placatos non reddiderit, universitates civium nostrarum civitatum malefactoribus viciniore ac alii nostri iudices transgressoribus istius libertatis penam tenentur infligere personalem et peccuniariam per litteras hic expressam et tamquam patrie proditores sunt ab omnibus iudicandi. Preterea ex regali decreto et edicto statuimus, ut nobiles, si qui fuerint advocati possessionum monasterii memorati, sua sorte et suo iure sint contenti taliter, quod si amplius de advocatiis suis sibi debitis vel de rebus sepedicti monasterii quicquam extorserint vel res monasterii contra iustitiam preoccupaverint, omnem penam superius scriptam se sentiant incurrisse. Quod si aliqui nobiles sibi vendicaverint iura advocatiarum in possessionibus monasterii sepedicti et conventus negaverit ita esse, privilegia ipsorum nobilium et instrumenta monasterii sunt perscrutando legenda et diligenter examinanda et ius secundum dicta privilegiorum pronuntietur non obstante iniqua et pessima consuetudine, quam temporis longinquitate fatentur nobiles se habere. Nos enim talem consuetudinem non dicimus consuetudinem approbatam sed potius corruptelam et iniuriam manifestam. Curiam etiam in Rutelingen et omnia, que intra septa ipsius civitatis et in confinio eiusdem possidet monasterium memoratum, in nostram regalem suscipimus protectionem litteras per presentes decernendo et statuendo, ut prefate possessiones annuatim triginta solidos Hallensium, sicut hucusque consuetudo obtinuit, pro stipendio ipsi civitati

III

et nichil amplius persolvant pro intersigno omnimode libertatis, ita videlicet ut, si scultetus, qui pro tempore fuerit, vel universitas aut consules predictae civitatis sive dominus et procurator castri in Achaln^c amplius aliquid exigere aut extorquere presumpserit, omnem penam prenotatam se noverint totaliter incurrisse privatosque esse omni officio dignitatis, in quocumque loco a nobis vel a nostris rectoribus quantum ad regimen predictae civitatis vel castri fuerint constituti. Ex regali quoque licentia et indulto concedimus prenominato monasterio, ut liceat omnibus nobiles, cuiuscumque condicionis fuerint, se in propriis personis et rebus ad habitum et magisterium transferre monasterii memora et, ut res mobiles vel immobiles a quocumque fidelium ob devotionem oblatas aut titulo emptionis acquisitas idem monasterium libere possidere et retinere valeat non obstante generis nobilitate aliqua vel condicione hominum qualicumque, licitum sit de nostra permissione et licentia speciali ipsi monasterio memorato. Ceterum de nostra regali benivolentia statuimus, ut monasterium prelibatum ab hominibus suis utriusque sexus, qui residentiam habuerint in civitatibus imperii ac aliis quibuscumque, censum suum et omnia alia iura, que diversis nominibus nuncupantur, exigat suffultum nostra auctoritate ac integraliter recipiat, quod si aliqui ministri vel alii qualescumque ipsi monasterio in hoc restiterint, omnem penam prenotatam sustineant incunctanter. Volumus quoque, ut fratres sepedicti monasterii homines utriusque sexus, cuiuscumque condicionis extiterint, qui iniuriam ipsis intulerint aut gravamen, citare et convenire valeant coram iudice ecclesiastico ac sententiis excommunicationis usque ad condignam satisfactionem innodare, non obstantibus libertatibus vel exemptionibus quarumcumque civitatum aut locorum imperialium seu aliorum tam a nobis quam a nostris antecessoribus ipsis civitatibus et locis indultis aut concessis, quas quidem quantum ad predictos homines presenti privilegio revocamus, consuetudinemque habitam ex antiquo, qua se aliquae civitates et loca contra huiusmodi libertatem prefato monasterio a nobis et a nostris predecessoribus indultam voluerint tueri, decernimus carere robore firmitatis. Preterea liceat ipsi monasterio sepedicto mercatus suos in omnibus civitatibus imperii seu aliis sine qualibet theloni ac omnis pensionis exactione libere exercere nichilque omnino exinde persolvere lignaque in silvis ac forestis nostris [succ]idere ac ex eis sua utensilia fabricare. Ut autem iste libertates hic expresse a null[o hom]inum violentur, regali auctoritate decernimus, ut transgressor earum d[estitutus] sit omni privilegio dignitatis et libertatis ac procurationis officio, si quod habet. [In huius au]tem libertatis et exemptionis testimonium presens instrumentum [dicto Marth]ellensi monasterio porrectum nostre maiestatis sigillo in evidentiam et eternam me[m]oriam pre[m]issorum ac inconvulsam stabilitatem omnium

^cSo deutlich die Urkunde; *Alchan* bei Lünig ist offenbar nur Druckfehler.

IV

hic statutorum regalit[er confirm]amus. Datum apud Nûrenberch, VIII. idus Octobris, indictione IIII., anno domini [mill]esimo ducentesimo LXXV., regni vero nostri anno tertio.

 Quia vero quibuscumque lesis sed precipue monasteriis in suo iure adesse tenemur, presenti instrumento protestamur, quod Wern[herus] prepositus Marthellensis monasterii antedicti coram nobis constitutus nostro culmini querulose demonstravit, quod Ulricus comes de Skelkilingen sibi ius advocatie ecclesie in Bilringen contra iustitiam usurparet. Ad cuius violentiam propulsandam predictus prepositus eundem comitem ad nostram presentiam evocavit similique modo comitem Ūlricum de Asperch tutorem filii fratris sui Rudolphi comitis de Tuwingen pro eo, quod idem nomine filii fratris sui predicti ius advocatie in Ambra contra iustitiam sibi vendicavit. Cumque prepositus prefatus coram nobis comparuisset et per instrumentorum suorum seriem a nostro cancellario perlectam evidentem probasset, quod ecclesia in Bilringen et curia in Ambra essent libere penitus et absolute ab omni iure advocatie, et comites predicti videlicet de Skelkilingen et de Asperch non comparuissent nec pro se sufficienter misissent, quamvis eis terminus coram nobis fuisset ad comparendum et ad suum ius defendendum tempestive satis intimatus, nos de regali auctoritate pronuntiamus, predictas possessiones videlicet in villa Bilringen ecclesiam ac curiam in Ambra predicto monasterio pertinentes ab omni impetitione ac ab omni obsequio predictorum comitum fore penitus liberatas, decernentes exactiones et malas consuetudines seu etiam violentias, per quas predicti comites et ipsorum progenitores prefatas possessiones sue tyrannidi subiecerunt, ad ius suum ipsis confirmandum nullatenus valere, nisi forte iidem comites per instrumenta sua contrarium probaverint ipsis in iure suo proficuum utile et salubre.

 Datum loco et die ut supra.

—

Der Textabdruck folgt dem Original. Bei der Urkunde handelt es sich um eine Fälschung.

 An blauer, weißer und brauner Leinenlitze ein Rest des Siegels.

 Lücken des Textes infolge von Mäusefraß sind in [] ergänzt. Dorsualvermerk von der Hand des Schreibers der Urkunde, jetzt fast ganz durch Radieren getilgt: *Privilegium domini Rudolphi Romanorum regis, renovantis et confirmantis omnes nostras libertates, quas habemus ab imperatoribus Friderico primo, Heinrico sexto, Friderico secundo et rege . . . Philippo.*

 Die Urkunde ist zweifellos unecht. Sie ist, wie eine Vergleichung der Texte zeigt, eine erweiterte Umarbeitung der gefälschten Urkunden K. Heinrichs VI. von 1193 April 6 und Herz. Philipps von Schwaben von 1197 September 9 (Bd. 2 S. 286 und 321). Die Ähnlichkeit tritt besonders deutlich hervor in dem Abschnitt über die Strafbestimmungen: *Si vero quisquam quod absit bis competenti.* Ausführlicher als dort sind in unserer

Urkunde die Bestimmungen über die Vogtei des Klosters behandelt. Neu ist die genauere Angabe des Klosterbesitzes an einer Reihe von Orten, sowie der Abschnitt über den Hof des Klosters in Reutlingen und das Verhältnis Marchtals zu dieser Stadt und zum Inhaber des Schlosses Achalm. Im Folgenden aber, von *Ex regali quoque licentia* an, ist die Verwandtschaft der 3 Texte wieder unverkennbar. Was schließlich Bd. 2 S. 288 zu der Urkunde von 1193 April 6 über die Umständlichkeit in den Bestimmungen zum Schutz des Klosters gesagt ist, gilt noch in erhöhtem Maße für unsere Urkunde, in der auch die Ausdrucksweise öfters Bedenken erregt.
 Aus dieser allein lassen sich noch folgende Gründe gegen die Echtheit ableiten: 1) Die Schrift ist nicht kanzleimäßig und weist auf Entstehung im Kloster selbst hin. Sie hat dadurch den Charakter des Gekünstelten, dass der Schreiber durch eine höchst einförmige Verzierung der Buchstaben mit Oberlängen und auffallende Form der Abkürzungsstriche eine besondere Wirkung erzielen wollte, sei es, dass seine Schrift älter oder dass sie grossartiger und der königlichen Kanzlei würdiger erscheinen sollte. Trotzdem stimmt sie im Wesentlichen mit unzweifelhaft echten Urkunden des Klosters aus dem Ende des 13. Jahrhunderts überein. 2) Während die Zeitangaben des Datums in Ordnung sind, kann der Ausstellungsort Nürnberg unmöglich richtig sein. Der König ist nach Böhmer-Redlich (Nr. 438 a) am 10. Oktober in Lenzburg, kann also nicht am 8. Oktober in Nürnberg gewesen sein und es ist unnötig, bezw. bei der deutlichen Schreibung unserer Urkunde unzulässig, statt Nürnberg mit Kopp (Geschichte der eidgenössischen Bünde I, K. Rudolf 1, S. 50 Anm. 3) Neuenburg a. Rh. oder mit Winkelmann (Acta imperii inedita 2, 90 Nr. 105) Lenzburg zu korrigieren. 3) Der Nachtrag von *Quia vero quibuscumque* an ist in der vorliegenden Weise eine höchst ungewöhnliche Erscheinung bei einem kaiserlichen bezw. königlichen Privileg. Wohl finden sich nicht selten in solchen Urkunden grössere oder kleinere Zusätze am Schluss nachgetragen (s. Ficker, Beitr. zur Urkundenlehre 2, 50 ff.). Sie stehen alsdann in den meisten Fällen vor dem Datum, nur vereinzelt auch nach demselben. Stets aber erscheint für sie, soweit dies nachgesehen werden konnte, charakteristisch, dass sie den vorhergehenden Text in irgend einem Punkte ergänzen oder erläutern und nur im Zusammenhang mit der Urkunde verstanden werden können. Dies Vermutung Winkelmanns, der nur eine späte Abschrift benützte, dass der Zusatz ursprünglich eine besondere Urkunde für sich gewesen sei, ist wohl dadurch entstanden, dass bei Lünig 18, 349 nur das eigentliche Privileg bis zum Datum inklusive abgedruckt war, so dass es scheinen mochte, als habe der Abschreiber der Vorlage Winkelmanns die beiden Stücke, die er getrennt vorfand, um des beiden gemeinsamen Datums willen aneinandergereiht und dabei den Anfang des zweiten weggelassen. Angesichts unseres sogenannten Originals lässt sich jedoch diese Annahme nicht mehr aufrecht erhalten. Zudem sind beide Stücke in der Form so ähnlich, dass ihre Abfassung durch eine und dieselbe Person keinem Zweifel unterliegen kann. Beachtenswert ist, dass in ganz ähnlicher Weise auch bei der gleichfalls gefälschten Urkunde K. Albrechts von 1300 Januar 15 an die Privilegienbestätigung eine Vidimierung der Fälschung vom 1. Mai 1171 (s. Bd. 2 S. 164) angehängt ist, die nach sonstiger Übung der

kaiserlichen Kanzlei ebenfalls in einer besonderen Urkunde gegeben worden wäre.

4) Aus der Angabe im Nachtrag *per instrumentorum seriem a nostro cancellario perlectam* würde sich ein weiterer Verdachtsgrund ergeben, wenn damit gesagt werden sollte, dass damals durch den Kanzler die Urkunden in Gegenwart des Königs öffentlich verlesen oder durchgesehen worden seien, da, wie Redlich am unten a. O. bemerkt, der Kanzler Rudolf von Hoheneck zu jener Zeit in Italien war. Doch erscheint diese Auffassung der angeführten Worte nicht unbedingt notwendig, eine Prüfung und Durchsicht der Urkunden durch den Kanzler könnte ja schon früher stattgefunden haben. Auch macht Redlich selbst darauf aufmerksam, dass der Klosterschreiber möglicherweise den betreffenden Kanzleibeamten einfach ungenau als Kanzler bezeichnet haben könne.

5) Das geringe Bruchstück des Siegels lässt deutlich erkennen, dass bei der Besiegelung eine bei den Marchthaler Fälschungen überhaupt übliche Methode in Anwendung gekommen ist. Man löste nemlich ein echtes Siegel von seiner Urkunde in der Weise, dass man vom Rücken her, da wo der Pergamentstreifen durchlief, das Wachs ausschabte oder ausschnitt, bis der ursprünglich eingelegte Streifen blogelegt war. Dadurch entstand eine mehr oder weniger breite und tiefe Rinne auf der Rückseite des Siegels, die gewöhnlich von oben nach unten verlaufend, sich durch glatte Ränder, an denen deutlich die Wirkung des schneidenden oder schabenden Instruments zu erkennen ist, auszeichnet. Man beseitigte nun die alten Pergamentstreifen (oder Schnüre), befestigte an ihrer Stelle das durch die gefälschte Urkunde gezogene Pergamentriemchen mittelst einer dünnen Lage Wachs, zuweilen wie es scheint auch anderer Klebemittel, und legte schliesslich darüber einen neuen Siegelrücken von Wachs, dem möglichst das Aussehen wie bei echten Siegeln, bei einzelnen Exemplaren auch durch die dabei üblichen Eindrücke, gegeben wurde. Im Lauf der Zeit hat sich nun vielfach der Zusammenhang der verschiedenen Stücke wieder gelöst und die Entstehungsweise der Siegel lässt sich an mehreren Exemplaren klar erkennen. Wir finden derartige Siegel mit wenigen Ausnahmen an allen Fälschungen Marchthals, soweit deren Siegel nicht ganz abgegangen sind, und ihr Vorkommen kennzeichnet die betreffende Urkunde unzweifelhaft als späteres Machwerk, während es andererseits nicht gegen die Annahme einer Fälschung beweist, wenn diese besondere Methode nicht angewendet wurde oder nicht mehr festgestellt werden kann. An der vorliegenden Urkunde hängt nun gerade noch ein Teil des in die ausgeschabte Rinne auf der Rückseite des Siegels eingefügten neuen Siegelrückens, woraus sich der Schluss auf die Art der Besiegelung und der daraus zu folgernde Grund gegen die Echtheit der Urkunde von selbst ergibt.

Veranlassung zu der Fälschung war offenbar der Streit des Klosters einerseits mit den Pfalzgrafen von Tübingen, andererseits mit den Grafen von Berg-Schelklingen. Die Pfalzgrafen beanspruchten als Nachkommen der Stifter die Vogtei über das Kloster und den grössten Teil seiner Besitzungen; zum Beweis dessen, dass diese Ansprüche unberechtigt seien, wurden in Marchthal eine Reihe von Urkunden gefälscht, zu denen auch das vorliegende Dokument gehört. Der Streit fand erst im 14. Jahrhundert sein Ende, und zwar jedenfalls zu gunsten des Klosters, obgleich direkte Nachrichten darüber fehlen. Die

VII

Grafen von Berg hatten alte, wohl insbesondere vogteiliche, Rechte an die Kirche in Kirchbierlingen, die das Kloster bestritt. Auch in dieser Sache sind eine Anzahl Fälschungen von seiner Seite vorhanden. Dennoch gelang es ihm hier nicht, den Streit, dessen Anfänge noch ins 12. Jahrhundert zurückgehen, zu einem günstigen Ende zu bringen, obgleich es im Lauf des 13. Jahrhunderts von einzelnen Gliedern des Grafenhauses Verzichte in verschiedener Form erlangte. Österreich als Rechtsnachfolger der Grafen bezog laut einer Urkunde vom 31. Juli 1351 damals eine Abgabe von der Kirche in Kirchbierlingen, ohne dass, wie es scheint, das Kloster noch weiteren Widerstand leistete. Die Frage, ob überhaupt etwas und wie viel vom Inhalt der Urkunde den zu Ende des 13. Jahrhunderts bestehenden Rechtsverhältnissen bzw. den Ereignissen entspricht, erfordert mehr Raum, als hier zu Gebote steht, und wird an anderer Stelle behandelt werden.

 Die Zeit, aus der die vorliegende Urkunde stammt, ergibt sich in Ermangelung anderer Anhaltspunkte mit genügender Sicherheit aus der Schrift, die dem Ende des 13. bis Anfang des 14. Jahrhunderts angehört.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 102

Überlieferung und Textkritik:

Beglaubigte Abschrift auf Papier: Fürst Thurn und Taxis Zentralarchiv, Klosterurkunden Marchtal Nr. 31.

Editionen:

JOHANN CHRISTIAN LÜNIG: Das teutsche Reichs-Archiv, in welchem zu finden, 1. Desselben Grundgesetze und Ordnungen [...], II. Die merckwürdigsten Recesse, Concordata, Vergleiche, Verträge, Erb-Verbrüder- und Vereinigungen, Pacta und Bündnisse [...], III. J, Bd. 18, S. 349 (Auszug). Winkelmann: Acta imperii inedita, Bd. 2, S. 90, Nr. 105 (Auszug).

Regesten:

PETER GEORGISCH: Regesta chronologico-diplomatica, in quibus recensentur omnis generis monumenta et documenta publica [...], 4 Bde., Frankfurt am Main und Leipzig 1740-44, Bd. 2, 1275 Nr. 42. Lichnowsky: Haus Habsburg, Bd. 1, S. XXXIX, Nr. 297 (unter Oktober 3). Regesta Imperii Abt. 6, Bd. 1, S. 121, Nr. 437. Die Urkunden des Reichsstifts Obermarchtal. Regesten 1171-1797, bearb. von Hans-Martin Maurer und Alois Seiler, Redaktion Sabine Meyer, hrsg. Von Wolfgang Schürle und Volker Trugenberger, Konstanz 2005 (Documenta Suevica, 5), S. 68, Nr. 63. BERNHARD DIESTELKAMP (HRSG.): Urkundenregesten zur Tätigkeit des deutschen Königs- und Hofgerichts bis 1451, hrsg. i.A. der Akademie der Wissenschaften und der Literatur Mainz, 14 Bde., Köln u.a. 1986-2004 (Quellen und Forschungen zur höchsten Gerichtsbar, Bd. 3, S. 51 f., Nr. 62.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Nürnberg

Ortsindex:

Achalm : Reutlingen RT
 Achalm Wohnplatz (15987)
 Achalm, Reutlingen, RT, A
 Datthausen Wohnplatz (16901)
 Datt-
 hausen, Obermarchtal, UL
 Emerkingen Wohnplatz (16806)
 Emerkingen, UL
 Hohenasperg Wohnplatz (879)
 Hohenasperg, Asperg, LB
 Kirchbierlingen Wohnplatz (16782)
 Kirchbier-
 lingen, Ehingen (Donau), UL
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Nürnberg, N
 Obermarchtal Wohnplatz (16905)
 Obermarchtal, UL
 Oberwachingen Wohnplatz (17727)
 Ober-
 wachingen, Uttenweiler, BC
 Reutlingen Wohnplatz (15981)
 Reutlingen, RT
 Schelklingen Wohnplatz (16943)
 Schelklin-
 gen, UL
 Stetten Wohnplatz (16794)
 Stetten, Ehingen (Do-
 nau), UL
 Tübingen Wohnplatz (16214)
 Tübingen, TÛ
 Unterwachingen Wohnplatz (16969)
 Unterwachingen, UL
 Weilersteußlingen Wohnplatz (16679)
 Weilersteußlingen, Allmen-
 dingen, UL